

Proxima aestate, quum seposito paullisper lexico Passowiano deliberarem, quidnam potissimum argumenti studiis meis conveniens tractandum eligi posset, ut muneri laetissimo sollemnia Portae natalicia indicendi pro mea parte satisfacerem, commode allata M. H. E. Meieri commentatio epigraphica secunda animum, modo in Boeotiam evolantem modo promissi olim onomatologi Graeci particulias quasdam condere temptantem, non invitum ad lapides revocavit Atticos. In iis rursus perlustrandis ut abhinc annis duobus aliquamdiu versatus eram, non sine voluptate quadam dulcis iuventae memor qua ante quattuor lustra primum id litterarum genus attigi, ita iam denuo inscriptiones Atticas, quotquot edito Corporis Boeckhiani volumine primo longe lateque a multis per multos libros sparsas et vage disiectas nancisci potui, studiose excussi opellaque in iis vel restituendis vel interpretandis positae documentum hac scribendi opportunitate data cum doctis communicare statui. Huius igitur industriae etsi auctor mihi quodammodo fuit Meierus, cuius etiam titulos quosdam in levioribus certe resarcire studui, longissime tamen ab ea afui vanitate, ut cum viro ingenii ac doctrinae fama splendidissimo certamen inire temere conarer, nec qua in re laudem modestiae vener in ea ipsa re impudentem me esse, sciunt qui me norunt. Sed satis ego habeo, si vestigia ducis illius certissimi secutus ac more meo liberius per omnem epigraphices quasi campum excurrens hic illic aliquid ad unum alterumve monumentum redintegrandum contulisse nec hariolatus esse a peritis harum rerum existimatoribus indicabor. Quamquam enim tituli Attici ii qui sunt de rebus gravioribus, quo in numero habentur tabulae trierarchicae et rationes quaestorum Minervae et civitatum tributariorum catalogi, a celeberrimo studii epigraphici conditore ita sunt quum emendati tum illustrati, ut nihil fere addi possit, plurimae tamen terrae illius exstant inscriptiones, in quarum et instaurationem et explicationem cum aliqua prosperi successus spe liceat operam impendere. Atque ab hac cura ne id quidem debet deterrere incommodum, quod multorum sane lapidum, aequae longae diei atque hominum barbarorum iniuria, ea hodie est conditio, ut quamvis improbo labore ad integratem revocari nequeant. Nam adeo ex mancis illis atque partim tantum perspectis titulis haud raro eliciuntur quae rectiori et pleniori alicuius antiquitatum generis cognitioni insperato egregie conducant. Sed iam penes lectores esto iudicium, num mihi contigerit, ut vel in emendatione titulorum fautoricem haberem criticen quam dicunt conjecturalem vel nova quaedam proferrem scitu non indigna ad vitamque Graecorum quum privatam tum publicam rectius aestimandam idonea. Finem praefationis capio a iucundissimo gratum animum testificandi officio. Prae ceteris autem amicis et fautoribus, qui supellectile litteraria me adiuverunt, praedicandus mihi est nunc ut anno MDCCCXXXVII, quum Syllogen inscriptionum Boeoticarum edidi, Ludovicus Rossius. Is enim et Ephemeridis Archaeologicae in his oris rarissimae usum quoties vellem mihi concessit, nec pauca apographa quae ipse olim in Graecia confecerat misit liberalissime. Huic igitur viro, quem quamvis adversa valetudine corruptum animo erecto haec studia ad communem fructum egregie exercere laetamur, gratias ago quantas possum maximas.

Caput I.

Quod in fronte huius commentationis posui monumentum quum antiquitatis non dubiae gratia tum argumenti, si recte perspexi, gravitate ita commendatur, ut facile locum principem tueri posse videatur.

§. 1. Marmor est Athenis repertum, quod Pittakius asservat domi sua. Unus quod sciam Rangabes titulum male affectum edidit in *Antiquités helléniques* vol. I. p. 366 n. 294. Nec promiscuus videtur usus lapidis esse; Rossius certe eum se non vidisse per litteras mihi significavit.

Al

ΕΡΕΧΘΕΙΣ

ΘΙΡΡΟΣ ΕΡΕΣΤΑΤ

ΜΡΡΥΤΑΝΕΙΟΙΠΡΟΤ Ε Ο Ι

5 ΑΤΑΤΑ ΡΙΑΕΡΕΙΤΑΤΟΙΣ Ρ

ΤΟΝΟΣΙ ΑΝΕΙΕΑΡ ΑΤ Α Ο

ΑΙΑΥΤΟΙΣΙΤΕΝΣΙ ΣΙ Ε

ΝΡΑΠΑΘΕΝΑΙΟΝΚ ΤΑΤ ΛΟΜ

ΗΟΙΡΟΛΙΩΝΑΝΗΕ Ε

10 ΣΙΤΕΣΙΝΚΑΙΤΟΙ ΟΝΗΟ

ΥΤΟΙΣΚΑΤΑΤΑ ΚΑ

ΕΡΥ ΟΙΕΗΙΣΘΟΜΟΙΕ ΕΜ

ΣΙΤΕΝΣΙΤΕΣΙΝΕΝΡΥΤΑΝΕ

ΟΣΤΕΙΣΙΤΕΣΕΙΚΑΤΑΤ

15 ΟΥΡΡΥΤΑΝΕΙ ΙΝ ΟΣ

ΕΛΕΤΙΝΕΡ ΕΚΑΣΙΚΥ

ΙΚΕΣΟΣΙ ΙΟΙΡC Σ

ΙΣΤΕΛΛ ΕΑΡ ΕΝ

ΓΡΕΠΙΤC Ε

Σ

Formam litterarum eam esse, quae titulum ad Olympiadem 86 accedere probet, annotavit editor, id quod ita verum est, ut monumentum in spatium illud temporis incidat, quod fuit inde ab Olymp. 86 usque ad Olymp. 94, 2, v. Franz. Elem. epigr. gr. p. 125. Dispositionem versuum στοιχηδόν factam esse etsi non est proditum, dubitari tamen non potest. Sed de argomento non prorsus mihi cum editore clarissimo convenit. Is enim propter repetitum στιγμεως nomen (v. 7. 10. 13. 14) decretum haberi ad v. 4 censet, quo viro nescio cui de patria bene merito victus in prytaneo tribuatur. At ipsa illa repetitio ad aliam dedit sententiam. Nam in quibus titulis honorariis στιγμισ ἐπ αρχαρείο uni alicui datur, qui tituli satis multi supersunt lapidibus incisi, constanti usu eius honoris semel fit mentio sub finem fere decreti. Hinc singulare quiddam fragmento nostro subesse suspicatus vel ex miseris eius laciniis demonstrare posse mihi videor, decretum fuisse non de uno aliquo homine sed de universo illius honoris genere, ita quidem ut classes

quaedam partim certe etiamnunc satis perspicuae eorum constituerentur, quibus σιτήσεως beneficium publice concedendum esset. Contrarium igitur fuit psephisma Cephisophontis nescio cuius, qui ὑπέρ τοῦ εἰρχθῆναι τῆς ἐν πρυτανείᾳ σιτήσεως rogationem tulerat, teste scholiasta ad Aristoph. Ran. 944, Meier. comment. de vit. Lycurgi p. ClII, 2.

Iam ab initio quid lacunis haustum sit, ex formula decretorum aetate quae Euclide superior est usurpari solita satis probabiliter potest conici, v. Boeckh. Oecon. civil. Ath. t. II. p. 50, Franz. El. ep. gr. p. 319. Fuerint autem fere haec: ἐπὶ τοῦ δεῖνος ἀρχοντος καὶ ἐπὶ τῆς βουλῆς ὁ δεῖνα πρώτος ἐγραμμάτευεν, ἔθοξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δῆμῳ. In litteris v. 1 *Al* reliquias nominis archontis extare putet aliquis: atque Καλλίται eponymi fuerunt Olymp. 92, 1 anno ante Christ. 412 et Ol. 93, 3 sive 406, Λλαῖος Ol. 89, 3 i. e. 422, Λλεξίας Ol. 93, 4 = 405. Verum omnis conjectura admodum est incerta, quum ne id quidem exploratum sit, archonti in praescriptis locum fuisse. Sequitur ex more φυλὴ πρυτανεύοντα v. 2: Ἐρεχθῆς ἐ[πρυτάνευε; deinde scriptum erat: ὁ δεῖνα ἐγραμμάτευεν, tum epistatae nomen v. 3: Ξάνθιππος ἐπεστάτει. Ita enim supplere malui quam: Ἀρθιππος, quod nomen si fuit omnino (Syll. inscr. Boeot. p. 34, Eph. arch. n. 1038, 12, Papii lex.) certe raro usurpatum est. Sed illum hominem cave filium Periclis fuisse opineris, nam is ante patrem diem supremum obiit, Sintenis. Plutarch. Pericl. 36 p. 249, Rangab. p. 399. Alium civem Atticum ea aetate in re publica versatum non novi; est tamen nomen illud in Attica non infrequens, v. Pap. lex., C. I. G. n. 155, 22. n. 280. n. 980, ubi propter anaglyphum virum exprimens qui calcum manu tenet Cavedonius in Annotazioni al Corp. Inscr. Gr., Modena 1848, p. 34 suorem agnoscit, tab. trierarch. X. e. 58. Excudit denique rogatoris nomen: ὁ δεῖνα εἶπεν. Post haec sollemnia praescripta decreti ipsius verba legebantur, suspensa illa a verbo εἶπεν v. 4: δεδόσθαι vel εἶπεν σιτησιν ἐ]μ πρυτανείῳ πρῶτον μ]ἐ[ν τοῖς — — — χαρὰ τὰ [πάτραις. Hic ubi iam ad ipsam rem pervenimus, peropportune accidit, quod nuper Meierus de victa in prytaneo publice praebito uberrime exposuit in Comm. de vit. Lycurgi p. XCI sqq. Qui tamen homines primi τῶν ἐν πρυτανείῳ σιτουμένων esse hoc loco iubantur, pro certo dicere ego non queo. Illud χαρὰ τὰ πάτραις (Van den Es Adnot. ad Lycurgi or. in Leocrat. Lugd. Bat. 1854, p. 11), quod quin recte emendaverim non dubito, suadere sane videtur, ut vel de magistratibus ut archontibus, vel de sacerdotibus, vel de utrisque more patrio munere perfunctis praeceptum esse arbitremur. Aperte altera eorum qui honorandi sint classis initium capit a v. 5: ἐπειτα τοῖς. — Iam rimanti mihi tradita elementa et quaerenti, qui tandem hic commemorati fuerint homines, in mentem venit Harmodii et Aristogitonis, quorum stirpi virili idem ius concessum fuisse nemo ignorat; v. Meier. p. CVIII, cui illorum non tantum maximi natu sed omnes masculi posteri ad id honoris videntur pervenisse. Atque quum clausula v. 5: *TOIS* *P* tum initium v. 6: *TONΟΣ* aliquo modo conjecturam confirmant, si quidem, quum lacuna v. 5 tres litteras capiat, posito *Φ* pro *P*, concedis scriptum fuisse: *TOΙΣ[INA]Φ[HΑΡΜΟΛΙΟΚΑΙΑΠΙΣΤΟΓΕΙ]-TONΟΣ*. Ad τοῖσιν confer αὐτοῖσι v. 7 atque ex inscriptionibus eiusdem fere et paullo etiam antiquioris aetatis haec: *Αθηναίοισι* C. I. G. n. 71. b. 11. 28, qui titulus Rossio iudice vetustior est Olympiade 82, Neue Jahrb. f. Phil. 69, 5 p. 525 n. 24, Boeckh. Oec. civ. t. II p. 337 n. XVI. 1. B. 1, p. 340 n. XVI. 2. 7; τοῖς ἀκολούθοισιν καὶ δούλοισιν, C. J. G. n. 71. b. 8;

τοῖς ἐπιστάτησιν Boeckh. I. I. p. 340 n. XVI. 2. I. p. 343 n. XVI. 3. 2. μωρίασι δραζουαῖσιν, Boeckh. I. I. p. 748 n. XXI, 38. μωστριόισιν C. J. G. I. I. 33. τοῖσι μόστραι καὶ τοῖς ἐπόπτησιν, ibid. 5. ἐν τῇσιν αὐτῆσι πόλεσιν, ib. 30. 25. Boeckh. I. I. p. 748 n. XXI, 14. 43. Nec praeter poetas scenicos scriptoribus eiusmodi formae inusitatae fuere aut in codicibus prorsus obliteratae sunt, v. Krueger. ad Xenoph. Anab. I, 4, 18 ed. a. 1826, Schneider. ad Platon. Civit. t. I p. 222 et Additam., Lips. 1854, p. 18. Illud vero οἱ ἀφ' Ἀριοδίου καὶ Ἀριστογείτονος petitum est ex Leptinis rogatione: ἀτελὴ μηδένα (εἶναι) πλὴν τῶν ἀφ' Ἀρι. κ. Ἀρ., Demosth. 20, 29. 127. 128. 160, neque aliter ipse orator dixit 19, 280. Louge diversam viam ingressus Rangabes interpretatur v. 6 . . . τὸν δοτ[ις] ἀν γὲ γρ[αμ]ατέα; sed nec quae sit sententia apparet, nec δοτ[ις] sine spiritu aspero scriptum aut simplex Μ nominis γραμματεύς in hoc quidem titulo ferendum videtur. Ego quid deinceps insculptum fuerit, nescire me fateor; certe de verbo ἐγ[άγ]ατ[ο] cogitari nequit, quandoquidem tria elementa, ΑΦΞ, non videntur suppleri debere, ΑΨ autem propter litterae Ψ usum excluditur. V. 7 supplementum est Rangabis satis probabile: ζαὶ an εἰν]αι αὐτοῖσι τὴν σι[η]σι[ν τὴν] ἐ[ν τῷ ποντικεῖ]. Idem v. 8. dedit: τῶ]ν Ἀθηναίον ζ[α]-τὰ τ[ὰ νε]νομ[ισμένα], verum ab initio aperte fuit: — ν παρ Ἀθηναίον, nec τὰ νενομισμένα magnam habet veri speciem. Tum v. 9 vix prospere illi cessit lectio: δε πολ[λ]ῶν ἀν Ἐλ[ιάδων]. Rectius fortasse emendaveris: δε αν οὐ [Α]πόλ[λ]ων ἀνελ[η], ut particula aliqua (στα) vel pronomen relativum particulae ἀν coniunctum regere verbum videatur, aut ἀνελλ[ε]. In quo verbo composito quod spiritum intermedium servatum esse sumpsi, feci id ad scripturae normam antiquiorem sed ea in qua versamur aetate aliquoties etiamtum observatam, v. Franz. El. ep. gr. p. 126, Mehlhorn. Griech. Gramm. p. 16, 1. Exemplum est τριήμποδος in titulo Olymp. 92, 4 ante Christ. a. 409, C. J. G. n. 160. A. 12. §. 2. a, atque ἀνελόμενος legitur in tabul. Heracl. I, 168 (120) C. J. G. n. 5774 t. III. p. 696. Videtur autem de Apolline sermo esse Delphico, cuius monitu nescio quibus σιρησις data fuerit. Et commemorari certe hic potest Cleomantis sive Aenetus (O. Jahn. Archaeol. Aufsätze p. 191 n. 122)? Delphus, cui Athenienses quod dei responsum de Codro clam secum communicasset et ipsi et posteris victimum perpetuum in prytaneo praebuisse dicuntur, v. Lycurg. c. Leocr. §. 85. 87. Quodetsi fabulosam hominis memoriam et suspectum vel beneficium illud ad posteros propagatum Meierus censem I. I. p. C et CVIII, tamen narrationi, cui Grotius, Geschichte Griechenl. t. I p. 407, 49 interpr. Meissner., fidem habere videtur, aliquid certe veri subesse crediderim. Fieri enim opinor potuit, ut multis saeculis post homo Delphus, qui se ex genere amici illius Atheniensium esse diceret, operae a proavo scilicet praestitae mercedem et exigeret et ferret. Atque aliquanto post Lycurgum archon Delphorum Κλεόμαρτις ὁ Λιρώρος in titulo comparet Delphico Curtii Anecd. Delph. n. 9, 1 et cognominis, nisi idem est, hieromnemon Delphis n. 42, 4. V. 11 Rangabes proposuit: α]ντοῖς κατὰ τὰ [δεδι]κα[σμένα], parum probabiliter. Nee v. 12. verum vidit haec modo afferens: ἐπὶ τῷ λοιδρῷ, in Isthmo civem qui honoretur excelluisse suspicatus. Manifesta enim haec esse arbitrator: ἡ Πν[θ]οῖ ἡ Ἰσθμοῖ ἡ [Ν]ευ[έ]ρα. In hoc magnorum sollemnium recensu excidit haud dubie: Ὁλυμπίαστρ, sive id ante τῇ Πνθοῖ positum fuit, sive quod minus credibile est post τῇ Νευέρᾳ additum. Nam quam Olympia, Pythia, Isthmia, Nemea ex ordine temporum quibus primum celebrata erant sese exciperent (v. C. F. Hermann. Gottesdienstl.

Alterth. §. 49 p. 242), eandem eorum consecutionem et in titulis et apud scriptores aliquoties retentam videmus. Confer inscriptionem Atticam Rangabis l. l. n. 53 p. 43 (= Beulé L'Acropole d'Athènes t. I. p. 280), quae Olympiade 85 vix fuerit inferior:

Καλλίας [Διδυμίου? ἀνέθηκε
τινάγσας
Ὀλύμπιαστι,
Πέθια δίς,
Ἴσθμια πεντάσι,
Νέμεια τετράσι,
Παναθήναια μεγάλ[α].

Idem ordo est in titulo Delphico C. J. G. n. 1715, 1, et apud Simonidem fragm. 128 Bergk. Poet. lyr. p. 910: Ὀλυμπίᾳ δίς, ἐν δὲ Πυθῶνι τοῖα, δύο δὲ Ἰσθμοῖ, πεντεπαίδες ἐν Νεμέᾳ. Variatum tamen esse, aliae docent inscriptions, ut Milesia, quam ex Listovi schedis Ussingius nuperrime edidit in Graeske og Latinske Indskrifter, Kjöbenhavn 1854, p. 36 n. 5 :

Ξενόθεμας Κλεοστράτο[ν
τινάγσας Διδύμεια πυγμὴν
παῖδας καὶ ἄνδρας, Ὀλύμ-
πια ἄνδρας, Νέμεια, Ἴσθμια,
5 Πέθια καὶ τὸν λουτοὺς
ἀγῶνας.

Ae vide C. J. G. n. 2723, 9 t. II. q. 489: Ὀλύμπια] Πέθια, Νέμεια, [Ἴσθμια ; n. 5806, 4 t. III. p. 734: Ὀλύμπια, Πέθια, Νέμεια, Ἴσθμια, quemadmodum Pindari epinicia composita sunt; Syll. inscr. Boeot. n. XXXI, 31 : τ[οῖς] Ὀλυμπίαστι καὶ Νεμέᾳ καὶ Πυθοῖ καὶ Ἰσθμοῖ τεθησομένοις ; C. J. G. n. 1572, 4 ἐν Ἱσθμίοις [καὶ] ἐμ [Η]υ[θ]ίοις καὶ ἐν Ὀλυμπίοις ; decret. Byzant. apud Demosth. pro coron. §. 91 p. 256 R. ἀποστεῖλαι θεωρίας ἐς τὰς ἐν Ελλάδι πανηγύριας, Ἴσθμια καὶ Νέμεια καὶ Ὀλύμπια καὶ Πέθια ; Clem. Alex. protrept. II §. 34 p. 10 Sylb. 29 Pott. τὰς πανηγύρεις καταλύσομεν Ἴσθμιά τε καὶ Νέμεια καὶ Πέθια καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις Ὀλύμπια; Krausium Die Pythien, Nem. u. Isthm. praef. p. V. Nunc ut illuc redeam, quid horum Iudorum mentio hic sibi velit, intelligere mihi video. Nempe constat Atticis civibus iis qui Olympiae vicissent, in primis Σπερχεῖοι ἡ Συναργίδει ἡ ζεύγει (Plat. apolog. 26 p. 36. E), σίτησιν ἐν πονταρείῳ concessam fuisse, v. Meier. l. l. p. CIV (Plat. de rep. V p. 465. D. Athen. VI p. 237. F, Aelian. hist. anim. VI, 49), Kraus. Olymp. p. 200 n. 3, Hermann. Gott. Alt. §. 50, 31. Iam docere hic locus videtur, eodem praemio Athenis affectos esse, qui in reliquis praeter Olympia sollemnibus magnis victores renuntiati essent, id quod in nonnullis certe civitatibus moris fuisse iam Meierus annotaverat p. CV. De scriptura Ἱσθμοῖ Atticorum propria infra agam explicatus. Pro Νεμέᾳ in promptu erat etiam Νεμέαστι, quod posuit Clemens Alex. l. l.; illud practuli ob frequentiorem etiam Atticorum usum, v. Lysias 19, 63 : ἐνίκησεν Ἱσθμοῖ καὶ Νεμέᾳ, C. J. G.

n. 451, 5. 7 et Eph. arch. n. 351 : *ΗΓΕΣΤΡΑΤΟΣ | ΦΙΛΩΝΟΣ | ΝΙΚΗΝΕΜΕΑΙ*. Sed qui iam sequuntur versus eorum, paucis verbis quae in oculos incurruunt exceptis, tam misera est conditio, ut nolim hariolando indulgere. Hoc unum addo, valde incertum esse Rangabis supplementum v. 14 extr. *ταῦτα τὰ νερομεμένα*. Ex animo autem laetabor, si forte hac mea opera effectum fuerit, ut acutiores studiis in hoc decretum conversis plura restituant.

§. 2. Atticos homines ὀσσυράς fuisse, trita est et veterum et recentiorum grammaticorum observatio (v. Mehlhorn. Gr. Gramm. §. 12. ann. 3. p. 17, Giese Ueb. d. aeol. Dial. p. 304, O. Jahn. Einleit. in die Vasenkunde p. CLVII n. 1097), quam quum codices manuscripti tum plurima exempla in titulis obvia abunde confirmant. Et multorum quidem vocabulorum, quibus spiritus asper praefixus etiamnunc cernitur; haec est ratio, ut antiquitus digammo fuerint instructa, in cuius locum successit aspiratio, Boeckh. C. J. G. t. II p. 1081. b. Nec de omnibus tamen id constat, sed sunt fortasse in quibus merum arbitrium pro lapicidarum hominum de plebe lubitu regnasse videatur. Hic ego id unum ago, ut exempla ex Atticis inscriptionibus annotata ubi certa est eorum aetate ponam, tum ut ex ceteris dialectis addam quae ab usu vulgari recedant. Iam Ἰσθμοῖ quoniam id nomen disputandi originem praebuit, et in nostro titulo liquido scriptum legitur et bis habetur in altero Boeckhii prope portum Salaminis reperto C. J. G. n. 451, 4. 6 *ΗΙΣΘΜΟΙ*. Ibi editor clarissimus t. I p. 462. b verumne sit Ἰσθμοῖ an *ΕΝΙΣΘΜΟΙ* legendum sit, dubium se haerere scribit. Verum quamquam v. 4 Villoisonus et Chandlerus (Osann. Syllog. p. 398) *ΗΙΣΘΜΟΙ* offerunt, ἐν Ἰσθμοῖ propterea erat reiciendum, quod graece in prosa certe oratione vulgo Ἰσθμοῖ dicebatur, v. Lobeck. path. serm. graeci elem. t. I p. 626, Cobet. Variar. lection. p. 201. Praeterea nomen Ἰσθμοῦ digamma antiquitus habuisse ex eo conicias, quod Pindarus Isthm. 1, 9 et 32 hiatum admisit : ἀλιερζέα Ἰσθμοῦ et Ποσειδάωντι Ἰσθμῷ τε, quamquam Hermannus coniecit ἀλιερζέος et Bergkius Ποσειδάωντι τῷ Ἰσθμῷ τε scripsit Poet. lyr. p. 200, quum Schneidewinus utrumque tulerit, v. Boeckh. Ueb. d. Versmaasse d. Pind. in Wolffii Mus. d. Alt. 2. p. 203. Originem si quaeris, plerique ab ἵεραι sive radice i deducunt, velut Lobeck. Paral. gr. Gr. p. 393, Ern. Curtius Peloponn. t. I p. 27, Georg. Curtius De nomin. Graec. format. p. 44, qui quod Latinum via comparavit, nescio quam recte fecerit. Nam id cum *vehendi* verbo potius cognatum videtur, v. Varro de re rust. I, 2, 14 : „a quo rustici etiam nunc quoque viam veam appellant propter vecturas.“ et tit. Lat. Glitii Galli v. 4 *VEHEIS*. P (urgandis) ex interpretatione L. Mercklini in Gerhardi Archaeol. Anz. 1854 n. 70—72 p. 518. Tum Rossius in N. Jahrb. f. Phil. 69 p. 536 n. 42 radicem ἵεραι et ipse, puto, agnoscens Ἰσθμός esse vult pro εἰσιθμός collato Homericō λεπτὴ εἰσιθμη Odys. VI, 264; Doederlinius vero Homer. Glossar. §. 35 t. I p. 28 ad ἔσθειν, ἔσθίειν nomen Ἰσθμός refert, nam proprie meatum esse quo cibus in ventrem penetret sive secundum Galenum: τὸ μεταξὺ τοῦ στόματος καὶ τοῦ στομάχου μόστον. Mihi non liquere confessus, pergo ad rem propositam. Spiritus igitur asperi iam antea in paucis quibusdam vocabulis notati quum subito permulta prolata essent documenta ex titulis quibusdam ad Olymp. 93, 2 pertinentibus, v. Rangab. Ant. hellén. n. 56 sq. p. 45 (cf. Titulus ad aedēm Minervae Poliadis pertinens. Illustr. Lud. Stephani. Romae, ex Annal. instit. arch. T. XV. 1843. p. 1—42.) et nonnulla ex tabulis tributariis etiam antiquioribus, quippe quae intra Olympiades 83 et 92 incident,

Franzius El. ep. gr. p. 111 perversitatem rationis conquestus est, qua quum *APMA* et *EΙΣΤΕΚΟΤΑ* signo aspirationis carerent legeretur *HAΛΑΛΜΑ*, *HAΛΟΝΤΑ*, *HANALOMA* alia. Repetiuit igitur talia a vitiosa quadratarii pronuntiatione, quem chorda oberrasse censeas eadem qua qui chommoda dicebant Romani et hinsidias, Catull. 84, 1. 2. K. L. Schneider. Elem. d. lat. Spr. t. I p. 183. Verumtamen cavendum magnopere videtur, ne temere hodie ea damnemus omnia, quorum causas et rationes nondum satis perspectas habemus. Nam inconstantiam istam in Dorienium quoque et Aeolensium monumentis vetustissimis conspicuum (v. Ross. N. Jahrb. f. Phil. 69 p. 530 not. 31, Epist. epigraph. ad Boeckh., Halis 1850, p. 14) ut facile serimus, ita praepositi contra morem nobis cognitum spiritus exempla diligenter annotanda existimo, num forte unum alterumve et aliarum dialectorum auctoritate defendatur, id quod in ipso verbo ἄγειν factum statim demonstrabo, et rectius investigata vocabuli natura et radice comprobetur. Sunt igitur quae mihi quidem innotuerunt Attica haecce:

‘Αβδηρίται, tab. trib. ap. Boeckh. Oec. civ. t. II p. 665. — ἀγαλματοπούλον, Rangab. n. 57. A. 22. in lapide superest : *HAΛΑΤΟΡΟΙΚΟ* ex quo editor Graecus confecerat p. 52 : ἀναλομάταρον οἶζον; illud agnovit L. Stephanus l. l. p. 37 et 16. — ἄγειν, Rangab. n. 57. A. 10. Ecce autem eadem aspiratio nuperrime emersit ex titulo admodum vetusto Locrico, quem Rossius post Oeconomiden edidit Lips. 1854, part. A. 1 : τὸν ξένον μὴ ἄγειν ἐ τὰς Χαλεῖδος τὸν Οἰαρ-θέα et v. 3 : ἐ θαλάσ[σ]ας ἄγειν, ubi Oeconomides p. 20 Laconicum βαγός contulit i. e. ἄγος, v. Ahrens. dial. Dor. p. 45, 8. Ibidem tamen part. B. 2 exaratum est : ὁ ξένος ωλάχων (i. e. ὁ ἔπαχον p. 42) *OΓΑΛΟΝ* non *OΦΑΛΟΝ*, atque πεντοζία B. 7—8, quum sit v. 7 ὄρωμότας scriptum. — *Αγροῦς* θεον, Rang. n. 57. A. 11. 28, sed *Αγρ.* ib. B. 9. Eandem varietatem in aliis quoque demoticis deprehendimus, quemadmodum *Ἄγρητεύς* traditur et *Αζ.* (Suid. s. v. Preller. Polemon. fr. p. 106), *Ἐργιεύς* et *Ἐργιεύς*. Vide infra *Ἀλωτερῆστ* et *Ἐργ.* et *Ὀτουνεύς*. Sed *Αγροῦς* reicienda est forma: *Αγρούσιος ΗΑΛΝΟΣΙΟΣ* est in C. J. G. n. 138, 24. 34, 42. n. 147, 4. — *Αἴραιοτ*, iuxta *Αἴραιοτ* et *Αἴραιης*, tab. trib. l. l. p. 669. — *Αἴσα* et *Αἴσσοιτ*, tab. trib. p. 669. — *Αἴσσον*, *Αἴσσοιοτ* et *Αἴσσοιοτ*, *Αἴσσωνης*, tab. trib. p. 669. — ἄκοντος, C. J. G. n. 71. b. 1 p. 890, b, quod Giesius Ueb. d. aeol. Dial. p. 401 ab antiqua forma *AΦΕΚΩΝ* ἀξεῖνον ἄκοντος deducit. — *Ἀλωτερῆστ*, Rang. n. 57. A. 15, quum ib. 42. 78 et B. 6 *Ἀλωτ.* legatur; illud fortasse arripient qui Graecum ἀλώτης cum Latino vulpes componunt. — *Αμενιάδης*, Rang. n. 57. A. 37. 40. 76, sine H ib. 74 et B. 57. — ἀναγράφουσεν, Rang. n. 57. A. 31. — ἀνάλομα, Rang. n. 57. A. 24, alibi ἀνάλ. ut n. 56. A. 40, n. 57. B. 23. — ἄνδρα, Rang. n. 57. A. 18. — *Αξιοπείθης*, Rang. n. 57. A. 44. 81. Nimurum ἄξιος ab ἄγειν descendit. *Αξ.* tamen est l. l. 18. — ἀπό, Rang. n. 56, B. 33. 34. n. 57. A. 36, atque sic προσάπεδομεν n. 57. B. 17. — *Ἄσβολος* Centaurus in amphora quadam ornatissima, O. Jahn. Einl. in d. Vasenk. p. CLV n. 1088, cf. p. CLVII. — *Ἄσσηρίται* et *Ἄσσηρίται*, tab. trib. p. 673. — αὐτός, αὐτό, Rang. n. 57. B. 23 : ἀνάλομα τὸ *HAYTO*, n. 59. A. 2 : *HAYΤΩI* = αὐτῷ, quamquam n. 57. A. 24 est ἀνάλομα τὸ *A* — *N* τὸ αὐτῶν. Pariter titulus Smyrnaeus Lebasii Voy. arch. V part. Asie min. Sect. 1. Jonie p. 4 n. 25, 2 offert : ἐργα αὐτὸν (*Θωρακεῖον*) ἐποῦσαν σορόν et Amarginus Rossii in Act. Societ. Graec. t. II n. VIII, 40 p. 76 coll. p. 80 : μεργα αὐτῶν, quod lapicidae mendum esse Boeckhius arbitratus

est C. J. G. t. II p. 1081. b. — *Ἄρροδίτη* in vasculo quodam, O. Jahn. l. l. p. CLV n. 1087. — *Ἔγγυητής*, Rang. n. 57. B. 19. — *ἐξ*, Rang. n. 56. A. 22. — *ἐλπίς*, C. J. G. n. 170, 9 p. 301. b, qui titulus spectat ad Olymp. 87, 1. *ἀφρλπισμένος*, C. J. G. n. 5980, 7 t. III p. 804, Giesius l. l. p. 405. Olim erat *Φελπίς*, Boeckh. C. J. G. t. II. p. 774. b. — *ἐν* Rang. n. 56. A. 15. B. 27, atque sic : *ἐνεργάψαμεν*, n. 57. B. 32. *ἐρζέαντι* n. 56. A. 43 (sed *ἐρζέαντι*, n. 57. B. 13), *ἐρνανταῖς*, n. 56. A. 42. 49. n. 57. B. 21, contra : *ἐρναντῆ*, ib. 12. — *Ἐνη*, *HENEI* οἱ
νέα, Rang. n. 57. B. 28, quae scriptura confirmat grammaticorum praeceptum et optimorum codi-
cum lectionem, v. Westermann. ad Plutarchi Solon. 25 p. 64, G. Hermann. ad Aristoph. Nub.
1137. Opusc. t. VI. p. 252. Hinc ductum est *ἐνιαντός*, C. J. G. n. 2448. VI. 25. — *ἐντός*,
Rang. n. 56. A. 45. n. 57. B. 14. — *ἐπί*, Rang. n. 56. A. 44. n. 57. A. 18. 25. B. 13. 23. inde
sunt : *Ἐπιγένης*, ib. n. 58, 5. *Ἐπιείκης*, n. 57. A. 46. *Ἐπιζωούοντα*, ib. 13. *ἐπιστύλιον*, n. 56.
A. 44. n. 57. B. 13. — *ἐργαζόμενοι*, Rang. n. 56. A. 29. 35, sed *ἐργασαμένοις*, n. 57. B. 76.
Ἐργον autem digammon antiquitus habuisse vel pueris notum est; *Ἔργον* legitur in aere Eleo,
C. J. G. n. 11, 4. — *Ἐρχεός*, Rang. n. 57. A. 67. B. 50. C. J. G. n. 147, 7. — *ἐς*, Rang.
n. 57. A. 31. B. 31. *εἰς*, id. n. 57. B. 5. 27. 29. 34. 39. contra : *εἰς*, n. 56. A. 5. 6. 37. —
Ἐνδίζος, Rang. n. 57. A. 53 : *HE KOΣ*, pro quo Stephanus l. l. p. 37 dedit *E[νδο]ζος*, quod
ut fuerit nomen proprium, illud certe usitatus est etiam in Attica, v. Pap. lex. Ceterum audio,
linguae Sanscriticae peritos Graecum *εῦ*, *Ἥεσυ* referre ad Indicum vasu i. e. bene. Eiusdem
porro generis sunt : *Ἐνδώζος*, si recte emendavit Rang. n. 57. A. 49 reliquias nominis : *HEYΛΟ*
— *ς*, quum Steph. p. 37 non minus probabiliter *Ἐνδῶρος* posuerit, et *Ἑμαλίδης*, Rang. n. 57. B.
72, atque ita etiam Steph. p. 41 quamquam is quidem dubitanter : *HEYΜΕΛΙ...ΗΣΚΑΜΗΟΙΚ*
i. e. *ἐν Σαμβωνιδῶν οἰζῶν*. — *Ἐνξίστρατος* : *Ἑνχυσιστρατος*, in vasculo quodam, O. Jahn. l. l.
p. CLV n. 1089, quem vide de omissa τ p. CLVII. — *ἔχω*, C. J. G. n. 139, 6. tit. ap. Boeckh.
Oec. civ. t. II p. 751. Rang. n. 57. A. 1. 16 (*τὸν τὸν χαλινὸν ἔχοντα* ubi confer C. J. G. n. 3595, 26
μετὰ τοῦ ιερέως τοῦ τοῦ βασιλέως Ἀριτίχου. Aristot. polit. V, 8. 7 ὡς τυραννὶς ἔχει ἐν μὲν ὀλυμ-
ποχίᾳ τὸ τέλος εἶναι πλοῦτον. L. Dindorf. in Steph. Thes. Par. t. V. p. 1708. C. Boissonad.
Syntip. p. 206). *ἔχομένοις*, ib. 41. 48. 54. 69. B. 52. 60. Hinc est *ζαθέζει* in epitaphio Attico
antiquiore ap. Ross. N. Jahrb. 69 pag. 598, atque *ἀμφέζει* Atticum esse testatur Tzetzes, v. infra
ἴσος. Nimurum verbum *ἔχω* olim digammo instructum fuisse certum est, v. Giesius l. l. p. 215.
Savelsberg. Quaest. lexic. de radic. graec., Berol. 1841, p. 10. A. Nauck. Aristoph. Byz. fragm.
p. 48, 57. At recte habet *EIXE* ap. Rang. n. 57. B. 18. — *ἐψηφισμένος* *ΗΕΦΣΗΦΙΣΜΕΝΟΝ*
exstat in titulo de colonia Bream deducenda altero v. 22 (Pittak. Eph. arch. n. 1104 p. 641, n. 1616
p. 961) : *λέειν τι τῶν ἐψ.*, quem qui primus in Germania restituit et illustravit Sauppius (Verh.
d. kön. sächs. Gesellsch. d. Wiss. 1853 p. 33 sq.) errori quadratarii illud H tribuit p. 39. Sed causa
spiritus subesse videtur reconditior, eo ut aliquo modo augmentum corroboraretur; cf. quae infra
afferam *ἔσταλκα* et *ἔστην*. — *Ἡσσιοι* et *Ἡσσιοι*, tab. trib. Boeckh. l. l. p. CLXX n. 1161. —
ἴσοιον, Rang. n. 56. A. 21. *ἴσοιοματα*, ib. A. 14. — *Ἰλειθύα*, in vasculo, O. Jahn. l. l. p.
CLVIII n. 1100, quae nova est nominis forma ut *Ἐλειθεια* ap. Ross. Die Demen v. Att. n.
164 p. 95. — *Ιλίος ΗΙΛΙΟΝΣ*, in vasculo Attico eius qui fecit nomen, R. Rochetti Lettere

à M. Schorn p. 48. O. Jahn. l. l. p. CVI, fortasse et ipsum huius est generis. — *Iλιος ΗΙΛΙΩ*, tit. Attic. v. 15, quem restituit Boeckh. in Monatsber. d. k. Akad. d. Wiss. 1853, 27. Octbr., p. 15 edit. sing. Confer εἰλύω, εἰλύω, εἰλέω, εἰλω, εἴλω, Ἐλιξ, de quibus exposuit Giesius l. l. p. 274, tum Doricum ἐγγράψιοντε, Ahrens. dial. dor. p. 42, fluviorum nomina Ἔλσσων, Ἐλίσας, Ἐλισσεύς alia, Meinek. Vindic. Strabon. p. III. Sigma simplex annotavit Arcadius p. 77, 16, Lobeck pathol. proleg. p. 414, Jacobs. Anth. Pal. t. III p. 886. — *IPPON*, Gellius Noct. Att. II, 3, 2: „satis notum est, Atticos ἰχθύν et *IPPON* et multa itidem alia, contra morem gentium Graeciae ceterarum, inspirantis primae litterae dixisse.“ Ita enim haec Mart. Hertzius nuperrime scripsit in ed. Teubn., olim Ἰηον edebatur. Gronovius *Ιηον* i. e. *Ἰηον* malebat, parum probabiliter; Lobeckius autem ad Sophocl. Aiac. v. 1297 p. 469 proposuit: εἴμον. Cogites etiam de nominibus *ΙΚΡΙΟΝ*, *ΑΦΡΟΣ*, *ΙΤΡΙΟΝ*. — *Ιοος*: Atticos ἐγίοντες dixisse testis est Tzetzes ad Hesiod. p. 49, allatus a Maittairio Gr. ling. dial. p. 7. A. p. 10 St.; vid. Giesius l. l. p. 405 ann. Eundem non fugit ἐφ' ιοῃ καὶ διοικη formula usitata (Schneidewin. ad Heraclid. polit. p. 34) in foedere Smyrnaeorum cum Magnesiae urbis incolis facto C. J. G. n. 3137. II. 44. 75, ubi Boeckhius t. II p. 700. a ιοῃ non ausus dare sua conferri iubet ad n. 3333, 6 ἐγεῖδε, nec Doricum illud in tab. Heracl. lectum: τὸν ἀριθμὸν τὸν ΗΙΣΟΝ C. J. G. n. 5774—5 tab. I, 127 (175). Accedit iam titulus Melius C. J. G. n. 2439. c. t. II p. 1081 ubi v. 3 est ἐφ' ιοῃ et decretum quod nescio quae civitas Asiana ad Teios misit ap. Lebas. Asie min. p. 34—5 n. 87, 14: ἀφ' ιοου πᾶσι ποιησάμενος τὰς νοίσεις. Antiquitus *Floos* in usu fuisse, Boeotici lapides ostendunt, Gies. p. 302, in quibus est *Flootela*, C. J. G. n. 1562, 5. n. 1563. b. 7, Ahrens. dial. Aeol. p. 170. — *Ισχύλος* an *Ισχυλλος*, *ΗΙΣΧΥΙΟΣ*, vasorum fabricator, O. Jahn. l. l. p. CVI. CLXX n. 1161. CLXXXV n. 1186. b. Gerhard. Archaeol. Zeit. 1846 n. 37 p. 206. R. Rochett. Lettre à M. Schorn. p. 50. Franz. El. ep. Gr. p. 71. — *ιχθύς*, vide supra *IPPON*. Scilicet ab *ιχέονται* et ιχθεῖς repetebant grammatici, Lobeck. path. elem. t. I p. 183, 55. — *Οατείς* i. e. *Οαείς* (Ross. Die Dem. v. Att. n. I. B. 5) ab *Ὀα*, *Ὀα*, *Ὀα* (Boeckh. Oec. civ. t. II p. 713): *Μελησίας Ηοκυζλέοντος* *Ὀα*. scriba quaestorum Minervae Olymp. 87, 4 (Boeckh. Oec. civ. t. II p. 140) ap. Ross. Die Dem. v. Att. n. 9, 4. 11. 18. 25 sive ap. Boeckh. l. l. p. 181 n. X. 6. B. 2. X. 12. A. 2. B. 9. 16. 23. — Vestigium aspirationis antiquitus in hoc nomine *Ὀα* obtinentis Rossius deprehendi putat in forma *Ὀαχείρ*. Contra *Ὀηχείρ* est ap. Rang. n. 57. B. 20. — *οἰζοῦντι* saepissime legitur, Rang. n. 56. A. 9. 10. 12. 13. 17. 19. 20. 24. 26. 27. 33. 40. 47. 54. B. 6. 11. 16. n. 57. A. 4. 12. 16. 38. 42. 58. 79. B. 3. 6. 19. 37. 41. 44. 73. 74. 75. 79. n. 58, 2. 12. n. 59. A. 3. B. 5. Rarum est *οἰζοῦντι*, n. 56. A. 3. 8. 11. n. 57. A. 52. De digammo satis constat; *Fozla* (s. *Fuzla*) in titulis usurpatur Boeoticis, Ahrens. dial. Aeol. p. 170, Syllog. inser. Boeot. n. I, 6, atque item in aere apud Petiliam reperto, C. J. G. n. 4, 2. — *Οινής*, Rang. n. 56. A. 53. Tritum est, *οἶνος* cum vinum conferre, et in Cretica inscriptione C. J. G. n. 2756 *Bouróβιος* idem est atque *Οίνόβιος*, Ahrens. dial. Dor. p. 47. — *Οινόσιμος*, Rang. n. 57. A. 48. 85. — *οἰνάτον*, *TOHOΠ*! Rang. n. 56. B. 19 et certo supplemento ib. 14, vid. Rang. p. 69 et Stephan. p. 21 sq. — *οἰνοθοραῖς*, Rang. n. 57. A. 5. — *οἰνοφῆ*, id. n. 56. A. 23. 37, sed *οἰνοφῆ* ib. 4. — *Οινονεύς*, id. n. 57. B. 11 et fortasse n. 56. B. 38: *HOTP*. — *οἰνοθαλμός*,

id. n. 57. B. 43; conf. var. lect. in Evang. Lucae XVII, 22 : οὐκ ὕψεσθε. — ὄντεσθαι : *HEONEΘΕΣΑΝ* ἐστίθησαν, Rang. n. 57. B. 31. 34. 38. 32. ὀνήματα, ib. n. 57. A. 30. 33. B. 30. 45. Paucis tango inconstantiam scripturae in titulis Rangabis, qui notavit p. 62, conspicuam. Nam praeterquam quod ibi leguntur : *A* ἡ n. 57. B. 32. *AΣ* ἡς n. 57. A. 31. *EI* ἡ n. 57. A. 21. *E* ἡ ib. (at *HOI* ἡ n. 57. B. 17. *HON* ὁ n. 59. B. 4); *AMAXΣΑΝ* ἀμαξαν an ἀμαξαν n. 59. A. 4 (v. Sophocl. Antig. 251 γῆ ἀρρώξ οὐδὲ ἐπημαξενμένη τροχοῖσιν); *APMA* ἀμαξα n. 57. A. 7; *EAPAN* ἔδραν n. 56. A. 5. 6; *EO* ἔω n. 57. A. 35. 64. B. 47; *EXΣ* ἔξ n. 56. B. 15. n. 57. B. 76. n. 59. B. 4. 6. (sed *HEXΣ* n. 57. A. 16. *HEKKAIΔEKA* n. 56. A. 31); *EXΣΕΣ* ἔξης n. 57. A. 48. 78. B. 60; *IEPA* ἵερα n. 57. B. 27 — etiam digniora sunt quae annotentur tria haec : 1) *ΔΟΛΕΚΕΜΕΡΟΥ* τρίτης δωδεκημέρου, n. 56. A. 36 (ubi K Stephanius quoque habet vir accuratissimus), quum ceterum *HEMEPA* scriptum sit n. 56. A. 31. 32. 38. B. 5 et *KΑΘΕΜΕΡΑΝ* n. 56. A. 29. 35. Conferas praeter ἀμέρα Aeolicum (Ahrens. dial. Aeol. p. 20. Boeckh. C. J. G. t. I p. 28. a) et Doricum (C. J. G. n. 2448. IV. 11 : *EΠΑΜΕΡΑΣΤΡΕΙΣ*) formam ἀμέρα ex titulo Locrico protractam A. 5 : αἱ δὲ πλέον δέκ' ἀμαράν ἔχοι τὸ σῦλον, v. Oeconomid. p. 26. Ipsum vero δωδεκήμερος sc. περίοδος novum est : designat tertiam prytaniae partem, proprie uno die reliquis prytaniae partibus superioribus quae sunt duodenum dierum vel minorem vel maiorem, Steph. p. 15. 2) *EΙΣΤΕΚΟΤΑ* τὸν ἄνδρα τὸν ἐπὶ βασιηρίας εἰστηζότα, n. 57. A. 19. Diphthongus quidem *EI* comparanda est cum formis παρείσημαι (cuius frequens est usus), ἐπανενήρευται aliis, v. Anal. Epigr. p. 93 n. 3. 3) *KΑΤΙΣΤΑΣΙΝ* Σωσία, Σύνδοσι τὴν δροφήν κατιστάσιν n. 56. A. 4. Simile huic est κατηλόσσαι in tab. trier. II, 31 ubi Boeckh. p. 285 Sophocleum illud ἐπημαξενμένη et nomen ἀπηλιστῆς adscripsit.

§. 3. Addo denique aspirationis insolentioris in reliquis praeter Atticam dialectis usurpatae exempla ea quorum notitiam inscriptionibus debemus. Eorum partem ante me iam alii congesserunt ut Franzius El. ep. Gr. p. 232 et Aug. Nauckius in Schneidewini Philol. t. I p. 357, 13. Ac primo quidem loco commemooro quae ex tabulis Heracliensibus C. J. G. n. 5774—5 petita composuit post alios ut Giesium l. l. 306 Ahrensius dial. Dor. p. 36 : ἐχροσιόται, ἀργησις, ἐνενήσοντα, ἐννέα, ὅγδοιςοντα, ὄγταπεδος, ὄχταπάτοι, ὄχτα, πενταέτησις, quibus accedant Theraeum ἐνιαυτός C. J. G. n. 2448. VI. 25 *zaθ'* ἐν. et Delphicum ἐφακεῖσθαι C. J. G. n. 1688, 37. 41. Tum huius loci sunt : *Αἴσωπος* in inscript. Sig. C. J. G. n. 8. b. 10, ubi ad crasin ὁ *Αἴσωπος*, *Αἴσ-* non esse configendum Boeckhius monuit p. 21. a. — *εἶδον*, C. J. G. n. 3333, 6, qui Smyrnaeus est titulus : *οὐ στυγεὸν πένθος ἐφεῖδε πατήσ*. Verbum et formam varie tentata probavit editor clarissimus t. II p. 774. b, a Lachmanno sibi suppeditatas memorans scripturas in Novi Testamenti codicibus obvias ἐφεῖδε, ἐφ' ἐλπίδα, ἐφ' Ιουδαίους. Plura eius farinae collegit Winerus vir uberrimae lectionis in Grammat. d. neutest. Sprachid. §. 5. o. p. 53 ed. 5. Praeterea hoc pertinet *καθιδόντες* in epigrammate Amorgino ap. Ross. Inscr. Gr. ined. II n. 123, 1. — *εἴη* in titulo Rossii Theraeo satis antiquo l. l. III n. 247 p. 10, v. Ahrens. in Schneidew. Philol. t. I p. 184, 3. — *ἐσταλκα*, quod pro *ΣΕΣΤΑΛΚΑ* esse docent ut sit Ἰστημ pro *ΣΙΣΤΑΜΙ*, v. Giesius l. l. p. 405. Offert titulus Ilensis, qui ad Antiochum Magnum refertur C. J. G. n. 3595, 5 : *ἐφέσταλκεν περὶ αὐτοῦ καὶ Μελέαγρος*, atque idem v. I pro eo quod in lapide esse traditur : *ἐπειδὴ ὁ βασιλεὺς*

Αντίοχος ΕΡΕΣΙΤΑΛΚΕΝ Boeckhius restituit t. II p. 883. b., nescio quam vere. Nam eadem fluctuatio cernitur in inscriptione Branchidis a Seleuco II posita C. J. G. n. 2852, in qua est v. 21 *ΕΠΕΣΤΑΛΜΕΝΗΙ* [ἀ]πεσταλμένη τῆδε πολιάρθη et v. 23 ἀνάθεσιν τῶν ἀπεσταλμένων, at v. 11 : ἀφεστάλκαμεν εἰς τὸ ιερόν et v. 25 τῶν ἀφεσταλμένων χρυσωμάτων. Idem est in tit. Nisyr. Rossii l. l. II n. 166, 2 βασιλεὺς Φίλιππος Νισυρίους χαίρειν ἀφεστάλκα Καλλίαν πρὸς ὑμᾶς, qui Ph. est Demetrii f. Macedo (scribens ille ut hoc in transcurso addam v. 7 *ΕΝΤΕΤΑΛΜΑΙΑΕ* ἐντέταλμαι δέ, non *ΕΝΤΕΤΜΙΝΡΑΠ*). Denique titulus Lebasii Mylasensis p. 329 n. 128, 16 habet ἀφεσταλκότος. — έστη : ὑφέστη τὴν στρατηγίαν, C. J. G. n. 3178, 6 qui titulus Smyrnaeus circa annum 200 post Christ. scriptus ex omnium qui apographa fecerunt fide litteram φῆ habet, t. II p. 726. a. Atque sic est in inscriptione Sardibus reperta, Lebas. p. 202 n. 626, 7 τὴν τιμὴν ἀποκαθέστησεν δὲ[δελ]φὸς αὐτῆς. — έτος, vetus, unum omnium frequentissimum est commune omnium aetatum : *ταῦθ' έτος*, C. J. G. n. 2437 c. 48 Syri. n. 2693. c. 4 (= Lebas. n. 403 p. 130) Mylasis. n. 3094, 12 Tei. ἐν τῷ ο. έ. έτισαντῷ, n. 3541. b. 5. 38 Lampsaci. *ταῦθ' έτος* n. 3902. b. 8 t. III p. 25 Eumeniae. n. 5187. a. 9 t. III p. 532 Ptolemaide Cyren., quod edictum est imper. Anastasii. δέζα πένθ' ἔτεων, n. 5872, 11 p. 761 Capreis. ἐφ' έτη δύο, n. 6819, 3 t. IV p. 2, qui titulus urbis alicuius regno Pergameno subiectae saeculi videtur secundi ante Christ. esse. Hinc sunt δωδεκάτης in epitaphio Aeginetico, quod Lud. Stephanius primus edidit, v. Schneidewin. Philol. t. VIII p. 186; ἐννεακαιδεκάτης C. J. G. n. 2445, 3 t. II p. 360, Phlegandri, ubi Boeckhius aspiratam non tulit : δύοτετρακαιδεκάτης n. 6239, 6 t. III p. 897, Romae, in quo lapide quod est χῖ nec Welckerus Syll. epigr. Graec. p. 112 nec Franzius intactum reliquit. Atque etiam hodiernos Graecos ἐφ' έτος dicere, Rossius annotavit l. l. II p. 31. Postremo nota sunt *Fέτεα* in aere Eleo C. J. G. n. 11, 2 ubi v. Boeckh. p. 29. a. 69. a. 611. b, *Fέτια* (C. J. G. n. 1569. a. III. 37. Ahrens. dial. Aeol. p. 170) et *FιατιFέτιες* Boeotica, n. 1575, 2, Dorica *ΛΕΤΟΣ* et πενταέτηρίδα in tab. Heracl., Ahrens. dial. Dor. p. 42. — *Ίάσων FΙΑΣΩΝ* in vasculo quodam Italo, O. Jahn l. l. p. CCXXXII n. 1448. — *ΐδιος*, antiquitus *Fίδιος*, Ahrens. dial. Dor. p. 42. *Fίδιοξένω* tit. Locr. Rossii B. 3. ἀνέθετε τὸν *Fίδιον* δοῦλον et ἀντιθήστε τὸν *Fίδιον*, tit. Chaeron. Preller in Ber. d. k. sachs. Ges. d. Wiss. 1854 p. 200. Sed in titulo Delphico C. J. G. n. 1688, 22 *ΕΙΑΙΑ* Boeckhii conjecturam *Fίδιας* t. I p. 810. a propositam Ahrensius dial. Dor. p. 490 improbat, quod illud monumentum digamma abhorreat. *Καρ' ίδιαν* C. J. G. n. 2329, 7, ubi annotavit Boeckhius t. II. p. 251. b. n. 2335, 3. 51 (?) Teni. Idem n. 2347. c. 8 est Syri, quare Boeckhius v. 31 *ΕΚΤΩΝΙΑΙΩΝ* et v. 33 *ΤΟΙΣΙΔΙΟΙΣΙΑΠΑΝΗΜΑΣΙΝ* *ίδιον* et *ίδιοις* scripsit, et Patmi ap. Ross. II p. 72 n. 189, 6 et Aegosthenis ap. Lebas. p. 5 n. 12, 9 sive ap. Welckerum Kleine Schriften t. III p. 242, qui p. 245 : „*ΚΑΘΙΑΙΑΝ*, inquit, nisi vitio laborat, ut *ΚΑΩΛΙΟΝΤΕΣ* et similia in titulis recentioribus, *ΙΑΙΑ* asperum habet, quo nusquam haec vox invenitur instructa.“

§. 4. Corollarii loco conjecturam subiungo de duobus Boeckhii titulis supra commemoratis. Eorum alter est n. 451, cuius propter usum formae *Ισθμοῖ* mentionem feci. Edidit praeterea Osannus Syllog. p. 398 n. XXXVI, fragmentum sensus obscuri vetustissimum esse annotans. Exemplum Boeckhii ex Chandleri et Villoisoni apographis concinnatum hoc est :

ΣΜΑΛΑΙΣΧΡΟ

ΟΙΔΙΩΛΕΚΑΘΕΟΙ

ΚΑΙ

ΗΙΣΘΟΜΟΙ

5 ΝΕΜΕΑΙ

ΗΙΣΘΟΜΟΙ

ΝΕΜΕΑΙ

Versu 1 : *Kαλλισχρον* legendum esse, iam olim conieci Anal. Epigr. p. 140, ubi exemplis lambda simplicis addo tit. Rossii D. Dem. v. Att. n. 4, 1 *T]PYΡΩΝ[KA]ΛΙΚΛΕΙΔΟ[Υ Τρύπων* *Καλλισχρείδον* (nisi fuit potius *Γρύπων* a γρυπός, *Γρύπος*, C. J. G. n. 2770, 5, deductum ut *Σίμων* a *Σίμος*) et 10 *ΚΑΛΙΣΘΕΝΗΣ*; ib. n. 143, 1 *ΚΑΛΙΣΤΩΣ*; Eph. Arch. n. 1303, 8 *ΚΑΛΙΣΘΕΝΗΣ*; Beulé L'Acrop. d'Ath. t. II p. 352 n. 30, 2 *ΚΑΛΙΣ ΤΡΑΤΟΣ*; A. Nauck. in Schneidewin. Phil. t. IX p. 174, O. Jahn. l. l. p. CLXIX n. 1148. Sed num recte v. 2. legatur: *τοῖς* δώδεκα θεοῖς vel *οῖς* δώδεκα θεοῖς cum Osanno, iam dubito. Sant illi nec in inscriptionibus rari, C. J. G. n. 452, 2. n. 525, 3. Eph. arch. n. 1375, 2. n. 1388, 7 *ΙΚΑΜΑΛΑΙΟΙΣΑΩΛΕΚΑΘ*. Ross. Inscr. Gr. III n. 309, 4. Verum si recte suspicor v. 3 fuisse *νίζει*, fortasse potius forma aliqua nominis δωδέκαθ[λ]ος hic locum habuit, ut homo nescio qui duodecies victoriam reportasse dicatur. *Νίζαι* vero, pro quo Chandlerus *νίζῃ* voluerat, ut satis probabiliter restituisse mihi videar, similium facit monumentorum auctoritas. Talia sunt Attica Eph. arch. n. 351

ΗΓΕΣΤΡΑΤΟΣ Ἡγέστρατος

ΦΙΛΩΝΟΣ Φίλωνος.

ΝΙΚΗΝΕΜΕΑΙ Νίκη Νεμέα.

C. J. G. n. 233, 1 *Διοράνης* | *Ἐπιεδίωνος*. | *Νίκη* *Ἰσθμοῦ*. Tum n. 2248. ε *Ἀποκλωνίδον* *νίκη*. n. 2249. a. b. n. 2250. n. 2251. n. 2252, Sami; n. 2522 in Co : *Νείκη Κελεοῦ*, | *Ασωλλι-*
αροῦ, | *Ἐπαφροδείτου*, | *Συνέργωτος* | *ΤΩΝΙΠ...ΩΝ*, ubi Boeckhius t. II p. 392 *π[ρώτ]ων* pro-
posuit, ego *π[υτε]ῶν* malo; n. 2702 Mylasis : *ΝΙΚΗ*

ΚΩΝΩΝΟΣΤΟΥ

ΒΟΥΤΟΥΡΙΟΥ

ΔΙΩΝΟΣΚΑΙ

5 ΣΩΣΙΔΕΟΥ

ΚΑΙ

ΠΟΘΟΥ

ΚΑΙ

ΑΕΥΚΙΟΥ

ubi suppletum est t. II p. 477 : *Τοῦ δεῖνος τοῦ* *Νίκη*[φόρον καὶ? | *Κ[ό]νωνος τοῦ* | *Βούτουριον?* | *Διώνος καὶ* | *Σωσί[θ]έον* | *καὶ* | *Πόθον* | *καὶ* | *Αευκίον* [φύλα ad normam insequentium titulo-
rum n. 2703—6, qui, ut primum ponam, ita concepti sunt: *ΔΙΟΛΟΡΟΤ* | *ΑΗΜΕΤΡΙΟΥ* |

AΙΟΝΤΣΙΟΤ | ΗΡΑΑΟΣ | ΑΙΟΝΤΣΙΟΥ | ΦΙΛΑΙ; meam interpretationem confirmat nisi fallor alia inscriptio Mylasensis Lebasii n. 366 p. 118:

<i>ΝΙΚΗ</i>	
<i>ΕΤΡΑΤΩΝΟΣ</i>	„Palmes croisées en forme de couronne. Couronnes aux points de
<i>ΚΑΙ</i>	jonction des deux palmes.“
<i>ΚΟΔΡΑΤΟΥ</i>	
<i>ΦΙΛΩΝ</i>	

Praeterea vide titulos Milesios 2889, 1—6, quorum hoc est exemplum : *Μονούιλλονες. | Γαῖος. | [νι]. ἄ, στ. ἄ, i. e. νίκην et στεφανωθεῖς an νίκη et στέφανος; n. 2656. b. col. II, 20 t. II p. 1106 Halicarn. (= Bailie Fasc. Inscr. Graec. II. Dubl. 1846, n. CII. m. p. 74 sq.) :*

<i>ΝΙΚΗ</i>	i. e. <i>Νίκη Με —. Νίκη Ἀπολλωνίου ἀνυνονέως</i> (pro quo nomine Boeckhius ex Cadalveni apographo habet <i>ΑΚΑ ΝΙΟΝΟΣ</i>). Eiusdem urbis sunt inscriptions Bailii n. XCIV. c. d. iuxta positae (= Lebas. n. 503. p. 159 versibus paullo aliter divisis), quarum illa manca : <i>ΟΑΙΟΤ</i>
<i>ΜΕ</i>	
<i>Ω</i>	ex Cadalveni apographo habet <i>ΑΚΑ ΝΙΟΝΟΣ</i>). Eiusdem urbis sunt inscriptions Bailii n. XCIV. c. d. iuxta positae (= Lebas. n. 503. p. 159 versibus paullo aliter divisis), quarum illa manca : <i>ΟΑΙΟΤ</i>
<i>ΝΙΚΗ</i>	
<i>ΑΠΟΛΛΩΝ</i>	<i>N</i>
<i>ΝΙΟΝΟΣ</i>	<i>ΝΟΤΣ</i>
<i>ΤΟΝΕΩΝ</i>	<i>ΦΩΝ</i>
	<i>ΕΩΝ</i>

restituta est ab editore ex hac integra : *ΝΙΚΗ | ΔΡΑΚΟΝΤΟΣ | ΚΑΙΕΚΑΤΙΟΥ | ΑΛΕΑΦΩΝ | ΙΕΡΕΩΝ* in hanc sententiam *Ἐνοδίου νίκη καὶ Ἀνδροσθένους ἀδελφῶν ιερέων.* Dubia est interpretatio C. J. G. n. 6271. i. t. III p. 913. b : *Ἄνγούστ[ω]ν νίκη,* nec pro certo pono in titulo Pittakisi Eph. Arch. n. 179

*ΔΙΚΑΙΕΞ
ΠΑΝΑΘΗΝΑΙΑΓΑΙΑΣ?*
ΟΑΡΓΗΛΙΑ
Τ]ΟΙΑΔΕΤΙΣΔΕΙΞΑΞΠΑΡΑΔΕ[Ι?
ΓΜΑΤΑΓΛΙΣΙΝΕΑΤΤΟ[Τ
ΜΑΛΛΟΝΟΡΕΞΑΞΘΑΙΤΗΣΑΡ
ΕΤΗΣΠΡΟΤΡΕΠΕΙ

v. I legendum esse : *νίκαι εξ.* Non alienae tamen sunt glandes plumbeae missiles quibus inscriptum est : *Διὸς νίκη* et similiter, C. J. G. n. 5570. n. 5748 t. III p. 673, aut alia supellex in qua *ΝΙΚΑ* i. e. *νίκη* (*ΝΙΚΑΙ Νίκη* C. J. G. n. 7037 t. IV. p. 47, cuius voluminis foliis iam impressis sed nondum editis uti mihi licuit per E. Curtii humanitatem), *ΝΙΚΑΣ* (*νίκης*), *ΝΙΚΑ*, *VINCAS* legitur, v. O. Jahn. Archaeol. Beitr. p. 210. Einl. in d. Vasenk. p. CXIV n. 832; L. Stephanus ap. Kochler. Gesamm. Schrift. t. III p. 276 n. 326a; O. Jahn. Beschr. d. Vas. Koen. Ludwigs p. 169 n. 498 : *σταδίου ἀνδρῶν νίκη.*

Altera denique inscriptio Boeckhiana, cui medelam me adhibere conaturum esse indicavi, est Iliensis n. 3596 t. II p. 882

Ἐπειδὴ δὲ βασιλεὺς Ἀρτίοχος ἐπέσ-
ταλκεν διτὶ τρανυματίας γενόμενος
ἐν τῇ μάχῃ εἰς τὸν τράχηλον
θεραπευθ[εῖ]η ὑπὸ Μητροδώρου τοῦ
5 Ιατροῦ ΑΚΙΝΑΤΝΟΣ

Pro ultimo vocabulo, quod unus Huntius suppeditavit quum Clarkii et Koehleri apographa ex eodem fonte ducta ΑΚΙΝΑΤΝΟΣ habeant, editor clarissimus ἀνωδύνως dedit, „quamquam ne hoc quidem placet,“ p. 883. b. Mihi regis manus videtur haec fuisse : θεραπευθείη — ἀ[γω]δύν[ω]ς, in qua curandi ratione magna sane medici laus est posita. Conf. epigramma C. J. G. n. 6265, 4 t. III p. 908

ὅς δὴ ἔριστος λητόδος ἐν ζωῆς δὲ τὴν,
πο[λλ]ούς τε σώσας φραγάκοις ἀνωδύνοις
ἀνώδυνον τὸ σῶμα νῦν ἔχει [θ]αυάν,

et Plutarch. Cicer. 2 ab in. ἀνωδύνως καὶ ἀπόνως λοχευθείσης αὐτοῦ τῆς μητρός.

Caput II.

Secundo loco inscriptiones quasdam emendare studebo ad deorum cultum et rem sacram pertinentes. Earum agmen boni ominis causa ducat donarium Fortunae nisi fallor dedicatum.

§. I. Lapis in Piraeo in domo Glarakis paucis annis ante a. 1846 repertus teste Rossio, qui edidit in Hellenika I, 1 p. 68 n. 12. Est praetera in Eph. arch. n. 864 p. 532 (*οὐ μανρὰν τοῦ μοναστηρίου τοῦ ἁγίου Σπυρίδωνος*) et apud Lebas. Attique Sect. I p. 12 n. 83, cuius quidem interpretatio nondum exstat.

ΑΡΓΕΙΟΣ ΑΡΓΕΙΟΤΤΡΙΚΟ.....
ΣΤΡΑΤΗΓΗΣ ΑΞΕΠΙΤΟΜΡΕΙΡΑ ..
ΑΦΡΟΛΙΤΕΙΕΥΡΛΟΙΑΙΤΤΧΙ...
ΑΝΕΩΗΚΕΝ

V. 1 ab in. Pittak. APP et Ἀργεῖος, tum TPIB. V. 3 idem habet ΤΥΛΙΙΙ^, Lebas. TYX. II, Ross. T. KII...

Ἀργεῖος Ἀργείου Τρικο[ρύσιος]
στρατηγήσας ἐπὶ τῷ Πειραιᾶ
Ἀφροδίτη Εὐπλοίᾳ Τύχῃ
ἀνέθηξεν.

Qui dedicavit homo aliunde notus est : idem enim tanquam archontis eponymi munere fungens recensetur in titulo Meieri Comm. epigr. n. 43 col. II, 23 p. 42, quem editor doctissimus tum

ante a. Christ. 27. a. U. c. 727 tum post a. Chr. 168 Olymp. 125, 1 exaratum esse censem p. 81. a. Eiusdem puto familiae homo is fuit, cuius lapis sepulcralis superest in C. J. G. n. 776 t. I p. 514

*ΑΡΙΣΤΟΛΗΜΟΣ
ΑΡΓΗΟΥΤΕΡΙΚΟΙ
ΡΥΣΙΟΣ*

